

Band II., Nr. 366, Seite 121-122

*Bischof Hermann von Konstanz bestätigt die Rechte des Klosters St.
Blasien an genannten Kirchen und Kirchenzehnten.*

Rheinau, 1158. April 4.

Hermannus, dei gratia Constantiensis episcopus, dilecto filio suo Gunthero, abbati cenobii sancti Blasii, eiusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum. Quoniam pontificalem ad hoc suscepimus dignitatem, ut quę religiosa sunt atque bona propagemus, id iuxta vires divinitus acceptas exequi ratio persuadet. Agnoscat igitur omnis tam presens ętas quam futura posteritas, qualiter servitium dei, ipso opitulante, in loco Berowa sit auctum et qualiter in eodem loco, prius unius officio clerici contento, multorum monachorum atque sanctimonialium sit instituta religio. Felicis memorię Rōsteinus abbas multas in domino sorores ad humilitatem monasticę conversationis ex alto genere ac seculari vita in iam prefata cella celitus inspiratas collegit, eisque regendis ac procurandis priorem aliosque fratres suos preesse et ministrare ordinavit. Verum ne spirituales fratres et sorores a secularibus clericis, ut fieri solet, aliquid paterentur infestationis vel gravaminis, insuper ut et necessaria vitę stipendia plenius haberent ex decimis et possessionibus ęclesię qui ibi deo servirent, idem, quem iam commemoravimus, abbas impetravit, clementia divinitatis aspirante, quod Gebehardus episcopus, meus predecessor, concessit ecclesiam, Berowa sitam, sibimet cęterisque abbatibus ei succedentibus, per fratres suos deum timentes libere disponendam et administrandam, tam in divinis officiis, quam in ęclesiasticis possessionibus ac decimis. Preterea beatę recordationis abbas Vto in loco qui dicitur Hachinsuanda pauperem construxit ecclesiam, eamque consecrari per episcopum Constantiensem Gebehardum effecit, eo videlicet pacto, ut ipse abbas fratresque monachi eandem ecclesiam in decimis totaque facultate et omni iure, quod ad presbyteri spectat officium, optinerent. Hoc totum in eisdem ęclesiis cognoscitur esse concessum abbatibus sancti Blasii ab episcopo Ödalrico et equivoco suo Ödalrico, Constantiensibus videlicet pontificibus. Nunc ergo Guntherus abbas cęterique fratres sui multis instant precibus, quatinus et a me accipiant super iam prefatas ęclesias, scilicet Berowam et Hachinsuandam, eandem potestatem, quam ante me sortiti sunt a presulibus, qui fuisse noscuntur perspicacis ingenii, probabilis vitę et episcopalis integritatis. Proinde nos quoque filiorum nostrorum quieti prospicientes, et iustis votis ac petitionibus, quę secundum canonum scita sunt, acquiescentes, id quod predecessores nostri fecerunt et concesserunt, episcopali potestate concedimus.

II

Set et alia negotia, eidem cellę sancti Blasii et fratribus ibi domino servientibus usibus profutura, quę in presentia nostra vel acta vel discussa sunt, hac nostrę auctoritatis pagina confirmamus ac stabilimus, videlicet ęcclesiam Chilctorf, quam cum dimidietate decimarum et aliis prediis a fratribus de Alchingin receperunt, data reciproca vicissitudine prediorum ad idem monasterium, sicut ipsi presentes vidimus et audivimus temporibus regis Chōnradi apud villam Nawin¹, ubi idem rex Chōnradus quondam convenerat cum maxima frequentia principum, atque hoc concambium utriusque ęcclesię in eius conspectu est legitime peractum. Decimas quoque in ęcclesiis Batimaringin, Sneisanc, Nallingin, Omingin², Nunchilcha³, Scōnowa, sicut a fundatoribus earumdem ecclesiarum vestro monasterio traditę et ab apostolica sede privilegiis, sicut ipsi perspeximus, sunt confirmatę, nos quoque corroboramus ac stabilimus, decernentes, ut nulli omnino liceat ea, quę a Romanis pontificibus, vel nostra humilitate vestrę ęcclesię sunt collata, infringere, minuere, perturbare, aut aliquo malo ingenio immutare. Et ut hęc nostrę auctoritatis confirmatio incorruptum stabilitatis suę vigorem optineat, hanc cartam imaginis nostrę sigillo insigniri ac corroborari precepimus. Si qua igitur maior minorve persona, hanc confirmationis paginam agnoscens, hanc infringere seu violare attemptaverit, divinę pacis expers fiat et districtę ultioni dei subiaceat. Cunctis autem eam diligentibus atque conservantibus pax a domino hic relinquatur et in futuro plena pax donetur. Amen.

 Data II. nonas Aprilis, feria VI., anno ab incarnatione domini MCLVIII., anno regni Friderici regis VII., imperii vero eiusdem II. Actum Renaugie feliciter. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das Wachssiegel ist zerbrochen, vgl. zum jetzigen Siegelzustand JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 277.

¹Langenau.

²Hochemmingen.

³Vermutlich Neukirch, Rottweil, RW, nicht Neunkirch, Kt. Schaffhausen, Schweiz.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

C 37

Editionen:

MARTIN GERBERT: *Historia Nigrae Silvae ordinis Sancti Benedicti coloniae*, 3 Bde., Sankt Blasien 1783-1788. [Neuaufgabe unter dem Titel: *Geschichte des Schwarzwaldes*, aus dem lat. Originaltext übersetzt von Adalbert Weh, 2 Bde., Freiburg i.Br. 1993-96], Bd. 3, S. 89, Nr. 58. JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): *Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299*, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 276–279, Nr. 206.

Regesten:

CARL GEORGE DÜMGÉ: *Regesta Badensia*. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür, S. 49. PAUL LADEWIG (HRSG.): *Regesta episcoporum Constantiensium*: Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Constanz von Bubulcus bis Thomas Berlower 517-1496, hrsg. Von der Badischen Kommission, 5 Bde., Innsbruck 1895-1941, Bd. 1, S. 107, Nr. 951. ERNST HERMANN JOSEPH MÜNCH (HRSG.): *Geschichte des Hauses und Landes Fürstenberg*: aus Urkunden und besten Quellen, 4 Bde., Aachen und Leipzig 1829-47, Bd. 5, S. 61, Nr. 98. Hidber: *Schweizerisches Urkundenregister*, Nr. 2058. *Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen im Generallandesarchiv Karlsruhe*, bearb. im Auftrag der Rechtsquellenstiftung des Schweizerischen Juristenvereins sowie des Kuratoriums zur Erschließung Schweizergeschichtlicher Quellen in Ausländischen Archive, Abt. 1, Bd. 1, S. 15, Nr. 85.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Rheinau

Ortsindex:

Berau Wohnplatz (15788)
 Berau, Ühlingen-Birkendorf, WT

Bettmaringen Wohnplatz (15616)
 Bettmaringen, Stühlingen, WT

Elchingen, NU
 Hochemmingen Wohnplatz (12836)
 Hoch-
emmingen, Bad Dürkheim, VS
 Höchenschwand Wohnplatz (15430)

Höchenschwand, WT
 Kirchdorf, Obersiggenthal, Kt. Aargau, Schweiz

Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Langenau Wohn-
platz (16851)
 Langenau, UL
 Nellingen Wohnplatz (545)

Nellingen, Ostfildern, ES
 Neukirch Wohnplatz (12411)
 Neu-
kirch, Rottweil, RW
 Neunkirch, Kt. Schaffhausen, Schweiz

Rheinau, Kt. Zürich, Schweiz
 Schneisingen, Kt. Aargau, Schweiz

Schönau im Schwarzwald Wohnplatz (14987)
 Schönau im Schwarz-
wald, LÖ
 St. Blasien Wohnplatz (15605)
 St. Blasien, WT